



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

II. Ad Iulianum diaconum. Antiquus sermo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

mittere, quod illi sibi præstiterunt, apud quos erat cruda rusticitas, & qui humanitatem quodammodo nesciebant? Ecce beatus Chromatius cum sancto Eusebio, non plus naturâ, quam morum æqualitate germano, literario me provocavit officio. Tu modò à nobis abiens, recentem amicitiam scindis potius, quam dissuis. Quod prudenter apud Ciceronem Lælius vetat. Nisi fortè tibi ita exesus est oriens, ut literas quoque tuas huc venire formides. Expergiscere, expergiscere, e vigila de somno, præsta unam chartæ scedulam charitati. Inter delicias patriæ, & communes, quas habuimus, peregrinationes, aliquando suspiramus. Si amas, rescribe obsecranti: si irasceris, iratus licet scribe. Magnum & hoc desiderij solamen habebo, si amici literas vel indignantis accipiam.

II. Hieronymus Iuliano Diacono Aquileia, ex ceteris sans cur non scripserit.

Antiquus sermo est, Mendaces faciunt, nec vera dicentibus credatur. Quod mihi à te ego objurgatus de silentio literarum accidisse video. Dicam. Sæpè scripsi, sed negligentibus bajulorum fuit. Respondebis: Omnium non scribentium vetus ista excusatio est. Dicam, non reperiri, qui epistolas ferret. Dices, hinc istuc illi quàm plurimos. Contendam, me etiam his dedisse. At illi, quia non reddiderunt, negabunt & erit inter absentes incerta cognitio. Quid igitur faciam? Sine culpa veniam postulabo, rebus suis arbitrans pacem loco motum petere, quàm æqu

LIBER PRIMUS.

æquo gradu certamina concitare. Quanquam
 ita me jugis tam corporis ægrotatio, quàm ani-
 mæ agritudo consumpsit, ut morte imminente
 nec mei penè memor fuerim. Quod ne falsum
 putes, oratorio more post argumenta testes vo-
 cabo. Sanctus fratet Heliodorus hîc adfuit, qui
 cùm mecum eremum vellet incolere, meis scele-
 ribus fugatus abscessit. Verùm omnem culpam
 præsens verbositas excusabit. Nam, ut ait Flac-
 cus in Satyra: Omnibus hoc vitium est cantori-
 bus inter amicos rogati, ut nunquam cantent, in-
 jussi nunquam desistant. Quapropter deinceps
 ita te fascibus obruam literarum, ut econtrariò
 incipias rogare, ne scribam Sororem meam fi-
 liam in Christo tuam, gaudeo te primùm nunti-
 ante, in eò permanere, quod cœperat. Hîc enita
 ubi nunc sum, non solum quid agatur in patria,
 sed an ipsa patria perftet, ignoro. Et licet me fini-
 stro * Hiberna excetra ore dilaniet, non timebo
 hominum judicium, habiturus judicium meum:
 juxta illud, quod quidam ait: Si fractus illabatur
 orbis, Impavidum ferient ruinæ. Quapropter
 quæso, ut Apostolici memor præcepti, quod docet
 opus nostrum permanere debere, ut tibi à Domi-
 no præmium in illius salute pares: & me de com-
 muni in Christo gloria crebris reddas sermoni-
 bus latiore.

* aliàs
 Hiberna
 excetra-
 rum ora.
 Horat-
 ius,
 1. Cor. 3.

III. Hieronymus Chryfogeno Monacho Agni-
 leia, cum illo expostulans quod non scribas.

QUI circa te affectus meus sit, charissimus
 ambobus Heliodorus tibi potuit fideliter
 scri-